



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

VII. An soli Prædestinati sint in Ecclesia?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

inde, infert S. Chryf. in Pl. 39. *Nec ex perfectis uniuersa constat Ecclesia; sed habet etiam otio deditos. Quippe, ait S. Hier. l. 2. contra Pelag. Iustos esse concedo, sine omni autem peccato esse, non assentior.*

II. HÆRESIARCH. Nouatiani & Donatistæ, teste S. Cyr. l. 4. epist. 2. Aug. l. de heres. c. 69. finxerunt, Ecclesiam esse iustorum, qui nunquam lapsi essent circa fidem: Alios enim peccatores in cæteris suis retinebant. Vnde errat Calvinus, dicens eos omne genus peccatorum exclusisse.

LUTHERANI & CALVINIANI, dum prædestinatorum esse uolunt Ecclesiam, quibus nil imputatur ad peccatum, stante eorum Fide: ceterum cum damnatis istis consentire conuincuntur. Liquebit q. sequente.

PAPISTA. I. Magni & manifesti peccatores quoque sunt in Ecclesia.

1. Teste S. Scriptura: de qua in *Antichristo*, p. 2. q. 13.

2. Sic S. Patres tempore S. Augustini contradicentes Donatistis, conuidtis Reti, bonos & malos pisces congregante: Dicentibus tamen; Rete in pelago huius uitæ merlum habere occultos pisces malos: at in litore resurrectionis fore discernendos. Ad hoc Patres dicebant; Ideo comparari Ecclesiam etiam Aræ, in qua paleæ magis cernuntur, quam grana.

3. Ratio. Ni forent mali in Ecclesia, frustra esset Sacramentum penitentiae: Prælati lapsi non forent prælati, nec obediendum ijs. &c. Vide *Luthero-cal.* p. 2. q. 33. & 34. 35.

QVÆSTIO VII.

An soli Prædestinati sint in Ecclesia?

HÆRESIARCH. Iouinianus, teste Hier. l. 2. contra Iouin. Habens semel verè fidem est necessa-

rius prædestinatus, ut fide nunquam excidere possit.

CALVINVS *Inst.* l. 3. c. 2. §. 8. idem Vide in meo *Luthero*, p. 2. q. 35. Olim Wicleff & Hufs similia.

PAPISTA. Ecclesia est cœtus hominum,

1. Eiusdem Christianæ Fidei professione,

2. Et eorundem Sacramentorum communione colligatus:

3. Sub regimine legitimorum pastorum, & præcipuè Rom. Pontificis, Excluduntur hic ex Ecclesia,

1. Iudæi, Turcæ Infidelesque omnes, qui nunquam intrarunt Ecclesiam: aut qui ab ea recesserunt, ut Hæretici,

2. Catechumeni & excommunicati,

3. Schismatici.

Hæretici requirunt internas solum virtutes ad constituendam Ecclesiam inuisibilem: Nos præsupponimus internas fidem, spem, char. &c. at Ecclesia solum iudicat de externis, ut si dei professione, vsuque Sacramentorum. Atque ita, occulti licet hæretici, tamen esse in Ecclesia censentur; & Corpore solum, non Anima: Sic *Aug. in Breuiculo Collationis*, Coll. 3.

QVÆSTIO VIII.

An uisibilis Ecclesia possit Deficere?

HÆRESIARCH. Donatistæ (ait Aug. in Pl. 101) Illa Ecclesia, que fuit omnium gentium, iam non est; perijt. Hoc dicunt, qui in illa non sunt.

LUTHERO-CALVINISTÆ dicunt idem: patet in meo *Luthero*-c. p. 2. q. 27.

PAPISTA. I. S. Aug. in Pl. 101. Dicunt. &c. O impudentem vocem! Illa non est, quia tu in illa non es: Vide, ne tu ideo non sis: nam illa erit, etsi tu non sis. Non hic loquitur de inuisibili Ecclesia; quia illam nec

Cc

perijf.